



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Omne peccatum est peius inferno. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

dignam purabat, iustum illum existimabat illi non forte lethalem.

9. Ostendi iam peccatum quodlibet, etiam veniale, esse peius morte, & iacturā omnium rerum temporalium. Nunc ostendam maiorem adhuc eius gravitatem, quam sit mors, & iactura rerum temporalium, ut agnitiā eius gravitate fogiamus illud. Nisi enim agnoscamus, & penetreremus benē eius gravitatem, & feciditatem, non vitabimus illud, eo modo, quo debemus, & possumus in hac vita, modis infra explicandis. Ideo immorari debemus in considerationibus pluribus eorum gravitatem & feciditatem demonstrantibus. Nam, ut ait S. Thomas 2.2. q.52. art.1. *Est proprium rationali creature, quod per inquisitionem ratione mouetur ad aliquid agendum.* Ideo Deus ipse naturae nostrae accommodans dum nos à malo abducit, per illuminationem intellectus nobis proponit consideranda ea, per quae videri cognitā rerum malarum malitiā, & bonarum bonitate, voluntatem nostram, excitandam ad fugam mali & amorem boni.

CAPUT SECUNDUM.

Omne Peccatum est peius inferno.

10. Secunda Consideratio, seu Causa, ob quam omne peccatum vitandum; Quia est peius inferno. Nam in inferno tria sunt: Damnati diaboli, & animæ humanæ, Pœnae eorum, & ipse locus. Horum omnium Deus est causa positiva, quia & dæmonum & animalium illarum, & inferni, & pœnarum est creator, & author, sive specter, pœnam sensus, sive pœnas damni, quas iustitia Dei infligit; at peccati author Deus non est, nec esse potest. Ideo bene dixit S. Dionylius Areopagita, c.4.diu. nom. *Puniri non esse malum, sed fieri pœna dignum: quod ex peccato prouenit.* Inio, ut ait Abbas Theodorus apud Cassianum Col.6.c.3. *In rebus humani nihil malum dicendum est, nisi peccatum solum, quod à bona Deo nos separans, malo facie diabolo copulari.* Quod etiam Cicero agnouit lib.3. Tusculan. docens sapientem in aduersis calibus, hoc se etiam solari: *Quod videt, nullum malum esse nisi culparam.* Quocirca etiam in inferno habet aliquā partem mali veri, tamen, cum ut docet S. Thomas 1.p.q.48.art.6. plus habeat de ratione mali culpa quam pœna, potius eligenda essent pœnae inferni, quam committendum vnum veniale peccatum, ab homine qui recte rationis datum sequitur; etiam in Dei non esset habenda ratio, sed solius luminis natura; sapientis enim est inter duo mala, minus eligere. Mirum ergo non est Santos magis abhorruisse à quo quis peccato, etiam veniali, quam ab inferno, quia illud, hoc indicarunt esse peius, & detestabilius. 11. S. Anselmus, de simili, c.190. scriptus: *Si hinc pe-*

cati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & necessarium vni illorum haberem immigri, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immittere. Mallem patrus à peccato, & innocens gehennam intrare, quam peccati, sorte pollutus colorum regna tenere. Non est hac S. Anselmi sententia sine fundamento certo, quia, ut scribitur in vita B. Catharinae Genuensis cap.27. Fuit illi in Spiritu demonstratum, multò intolerabilorem esse Dei offendit, quamlibet exiguisimam, ipso Luciferi inferno. Preterea videns, quam grauius ea sit, tantus in corde eius ignis exarsit, ut in morbum inciderit, & penè extincta sit. Et dum alio tempore ipsi interioris ostensione esset, quantopere vnum solummodo veniale peccatum noveret, nouum sustinuit impetum ignis adeo in corde existuantis, ut corpus eius perferre non valens, disrumpi putaretur. Procul dubio, si Deus illi vnum eiusdem in eâ demonstrasset, è vestigio animam reddidisset. Eadem, ut in eius vita cap.20. Non valens illo pacto Dei offendit, videre, dixit Domino: Non detrecte, quin omnia dæmonia, cum vniuersis illorum terroribus, & supplicijs mibi morienti communis, nihil enim illa facio, cum iuriuita offensa tua licet minima composta: que tamen non potest esse minima, eo quod tua celissima Majestas offenditur. Valde etiam hoc dicto B. Catharinae Genuensis ostendit gravitatem & feciditatem peccati, etiam minimi. Quia aspectus dæmonum est tam horrendus, ut Deus Pater dixerit S. Catharina Senensi, dial. cap.37. Benè recolto quando semel dæmonem in formâ suâ ibi monstrauit, quasi per iustum oculi, postquam ad sensus corporeos restituta fuisti, tu potius eligebas ire per viam igneam, usque ad diem iudicij duraturam, quam amplius eum intueri. Nihilominus licet eum videris in brevissimo spatio temporis, adhuc ignoras quantum est horribilitu. Et ideo ibidem Deus Pater ei reuelavit, dæmonorum in inferno vnam inter cæteras pœnam esse, aspectum dæmonum: Et eo, omnem eorum cruciatum mirabiliter augmentari atque duplicari. Et alia vice Deus Pater eidem sanctæ dixit dial. c.132. Tu nos, quod es in tantum horribilis dæmon, quod homines experti eligent, potius habere omnes pœnas vita presentis, quam eum in suâ figurâ videre. Et S. Francisca Romana, v.1.s.c.11. vita eius scribitur: Potius elegisset infilare in fornacem ardenter, quam videre malignum spiritum, prout illum videbat in diuersis formis. 12. B. Catharina Genuensis, c.50. vita viro diabolo, dixit: *Fuisse sibi talis aspectus intolerabilis, non propter metum diaboli, sed propter odiosam repugniam, ita intolerabilem, ut se mallem in infernum demersam, quam sustinere visionem tam deformem, tam distortam, & anima sua optimè ordinata, ac per omnia cum Deo concordanti abominandam.*

Non est hoc mirum, siquidem Daniel Propheta Dan.10.8. viso Angelo quantum bono & sibi fauente, non remansit in eo fortitudo, & spiritus eius immutata est, & emarcuit, nec habuit quicquam pœnum, & dissolute sumi compages eius.

S. Antoninus in Historia refert de religioso quadam

- quodam, qui reuocatus ad vitam, affirmabat: se malle transire per mundum aliquem ardenter, quām iterum dæmonia debet conspicer. In speculo exemplorum scribitur de quodam Religioso dist. 9. ex. 8. 4. qui idcirco quod aspexisset dæmonem, qualis in insaniam convertens, horribili coepit voce clamare: *Maledicta hora, in qua Religiosus factus sum. Et colligitur ex Scripturâ ab effectis Abac. 3. Iob. 41.*
- Et Christus Dominus S. Brigittæ 15. Reuel. interrog. 9. Response ad quæst. 5. sic dixit: *Si demonum horribilis deformitas videretur vti est, anima videntis ex ipso yisu, extra sensum fieret; corpusq; totum quasi hominis tremuli contremiseret; cor etiam totum quasi timore exanimatum moreveret; nec pedes sufficienter sustentare membra reliqua.* (Et videlicet eidem lib. 2. reuel. c. 18. int. moreveret homo per subitanam mortem, propter terribilem visionem demonum.) Ideo ut anima in suo sensu stabilis permaneat, cordis sua vigilet amore meo, & corpus ad laborandum in seruitio meo sufficiat, occultatur dæmonum deformitas, & vt restringatur dæmonum malitia, & conatus.
- Merito ergo S. Chryostomus scriptis in Psal. 41. demonem, obvnum tantum peccatum, adeo esse horribilem, vt si Deus illi permetteret, formidabilem illum suum, & horrendum appellum nobis ostendere, continuo mente dimoueremur, & soluta artuum compagibus euolare: animus e corpore.
- Cum ergo quilibet peccans sit dæmon incarnatus, (sic enim eum appellant Deus Pater coram S. Catharinâ Senensi, dial. c. 132.) immo, cum peccatum, vt ait S. Chryostomus, dæmon peius sit. hom. 28. in ep. Roman. & h. 29. ad pop. Magis est fædus & horribilis, & abominabilis peccator propter peccatum, quām dæmon; ac proinde, si posset homo videri existens in peccato mortal, multo magis mallet, eum licet momentaneè vident, eligere omnes penas huius mundi; & ire per viam igneam vlique ad diem iudicij, & repente mori, quām diutius talem aspectum ferre, immo mallet potius in infernum mergi, vt dixit B. Catharina Genuensis: quandoquidem est peior dæmons, si posset per solas penas inferni, sine diaboli visione, liberari à visione hominis, tantum uno peccato mortali coincinuati.
- Ingeniosè obseruauit noster Baëza tom. 3. in Etiang. l. 18. c. 8. §. 37. Christum suisse acrem in tollendâ à se omni suspitione peccati, dicendo: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Atqui lenis est in tollendâ à se suspitione dæmonij inhabitantis. Ego dæmonium non habeo. Cur non magis se opposuit & dixit: Quis ex vobis arguet me de dæmonio habito? Quia non sic horribile est viro iusto dæmonium habere ac peccatum, hoc omni dæmonio horribilis est, & multo magis vitudinem.* Et B. Catharina Genuensi, hoc quoque dixit: vt scribitur c. 24. vite eius. Quando mibi concessum fuit intelligere quam paueienda sit Lancicij Opus, Tom. 2.
- vimbra minima actus, qui si contra Deum, nefcio car è viuis non excesserim. Tunc dixi: *Non miror amplius infernum esse tam horrendum, siquidem conditus est propter peccatum: tamen reperens animo, quod mihi offendit, non arbitror eum horrore peccati parem.* Imo videtur mihi quod Deus multo minorem ipsi horrorem indiderit: adeo mibi terribilis apparet, vel vimbra saltus peccati venialis. Et quid in his comparatione erit peccatum mortale? deinde ita cumulata? planè mibi persuadet quod illa, (scilicet venialis) conspiens anima, quamvis esset immortalis, præ nimio dolore fieret mortalit. Nam sola obscura, (notet hoc Lectio, & bene ponderet) sola, inquam, obscura visio hac de re mihi oblatâ, qua non nisi momentanea fuit, si paulo diutius durasset, licet corpus habuisse prorsus adamantinum. intercessum. Demum quicquid modo omnibus in medium adduco, respectu eius quod mens mea agnouit, mendacium mihi videtur. Dum hæc perfecta visio me penè exanimasset, omnis in corpore meo sanguis fuit congelatus, tantamq; debilitatem incurri, vt pectora mihi ex hac vitâ misericordiam. Sed bonitas Dei me superstitem voluit ad eam enarrandam. Et c. 39. affirmabat: *Si homo satis posset gloriam Gloriosissima Virginis Mariæ, eamq; & voluntate, & reipscâ, & dispositione diuinâ possideret, sicut ipsam Domina nostra possidet, deinde audiret: Oportet te cum istâ gloriâ, scintillam imperfectionis ab omnipotenti Dei voluntate discrepantia in te certare; certa sum (modo dulcem hanc veritatem perspicere) responsuram: Nolo illam gloriam hac conditione, quin potius relega me in infernum.* Et c. 15. dixit: *Cognitissimum mibi est, quod quædo amor purus, vel exiguisimam imperfectionem reprehendit, si Deus non auerteret, in puluerem redigeretur, non corpus modo sed & anima, nisi esset immortalis.* Et cap. 29. *Nisi me Deus seruasset, agnoscere me ex visione peccati aquæ suisse moriturum, atque ex Dei visione: & utraq; visio omnem captum, ac virtutem humanam excedit nec est homo, cui non afferret mortem.* Et c. 30. *Illam Diuinam effientiam tanta munditia ac puritatis perspicio, vt impossibile sit, vel extremam eius partem animo asequi: adeo vt homo non nisi tenuissimâ imperfectione laborans, prius se in mille tormenta ipse precipitaret, quam coram eo cum tali imperfectione compareret. Hinc anima intelligens Purgatorium ad expiandas & diluendas imperfectiones constitutum, libens ad diuinam dispositionem se in id demittit, patitq; admodum clementer secum agi: & tamen Purgatorijs acerbitas omnem intellectum humanum superat. Atqui anima amore flagrans, pluris facit imperfectionem, quām Purgatorijs panari, licet usque adeo diram, vt quicquid in hac vita cognoscere, eloqui, & experiri atque de eâ re credere possumus, si cum ipsam comparetur, mihi videatur mendacium.* Unde tame si hoc sim coacta proferre, tamen confundor, re tanta longè minus, quam cupiebam, declaratâ.
- Hoc fuit iudicium de peccato veniali etiam S. Teresia, quæ in vita suâ à se scriptâ sic ait, c. 25. *Faxit Deus, vt timeremus id, quod debemus timere, & intelligeremus, maius malum posse aduenire*

ab uno peccato venialis quam à toto simul inferno,
cum hac ipsissima sit veritas.

22.

Noumitam ergo est, nostrum Fratrem Co-
adiutorem Alphonsum Rodriguez, vt in vitâ
eius manus scriptâ legitur l.i. cap.3, ita abhor-
ruisse à quoquis peccato veniali, vt cum ei sua
deslenti peccata Christus Dominus apparil-
let cum S. Francisco, & nonnullis alijs Sanctis,
& S. Franciscus eum interrogasset, cur fletet?
respondebat: *Quomodo non fleam, perspectam ba-
bens gravitatem peccatorum meorum: quandoquidem
vnum veniale peccatum, contra Deum commissum,
meretur vt totâ vitâ defleatur.* Quo dico, visio illa
disparuit, & in eo nova quadam lux remansit, qua
totâ vitâ durauit cum odio omnis peccati: vt cum eius
periculum se offerret, cum maximo feruore à Deo pe-
teret, vt potius pœnam inferni pateretur, quam in v-
nam in culpam veniale prolaberetur. Et vt dicitur
l.2.c.6. Inter monita, quæ sibi prescriperat vnum
fuit, vt tale propositum ter in die renouaret per longum
tempus. Et si fieri posset, per horam integrum, pra-
serium in materia castitatis, ne vñquam vñlum venia-
le peccatum contra illam admitteret. Ideo quous
horâ diei, & noctis inuocabat aliquem è San-
ctis 24, quos 24. horis assignauerat inuocan-
dos, vt eorum precibus exoratus Deus, custo-
dieret, seu præferueret eum à peccatis. Confu-
damur ergo, si propter exiguae molestias, eas
vel subterfugiendo, vel impatienter tolerando,
Deum offendimus, quando Sancti maluissent
supplicia subire inferni, quam semel peccare.
Agnoscabant enim excellentiam Dei qui of-
fenditur, & turpitudinem cuiusvis etiam ve-
nialis offendæ, ideo malebant ardere in infer-
no, quam Deum etiam leuiter offendere, ita
illum amabant. Nam, vt ait S. Chrysostomus
homil. 5. ad pop. Si Christum verè amaremus,
vti amare oportet, iudicaremus vitiæ amari of-
fensionem gebennâ esse grauiorem. Et S. Iohannes
Columbinus, vti scribitur in eius vitâ à Teo
Delcaro, dicebat: Si perfectè amaremus Deum, magis
doleremus ob eius offendæ, quam ob nostri damnationem,
quia magis eum debemus amare, quam nos:
Siquidem, & Deus, vt ait S. Chrysostomus ho-
mil. 12. in 1. ep. ad Corinth. Magis nos amat, quam
nos ipsi nos amamus. Ei autem qui plus amauit, plus
debetur, inquit S. Gregorius Nazianzen, orat. 2.

23.

CAPVT TERTIVM.

*Omne peccatum habet quandam malitiam
& offensam Dei, quodammodo infinitam.*

24.

Tertia Consideratio seu Causa ob quam tam
mortale quam veniale peccatum vitandum est, quia omne peccatum habet quan-
dam infinitatem, etiam veniale. vt ait Suarez
to. 1. in 3. p. disp. 4. l. 7. §. secundaria. Non qui-
dem in intrinseca ratione formalí (et si hoc
etiam aliqui graues Theologi afferant infra

citandi) quia hæc, & vt priuatio quædam est
bonitatis opposita, & ratione bonitatis finita
quæ priuat, infinita non est, vt ita dicam, in esse
Physico; quia à creaturâ, nil intrinsecè infinitum
procedere potest, (quam ob causam et
iam Christi merita, spectatâ solâ ratione om-
nium operum eius, quæ finita erant, & finito
modo procedebant à Christo operante, non
erant infinita intrinsecè, & per se, vt docent
Theologi in 3. p. q. 1. sed ratione Personæ infinita
operantis, ethi finito modo operarentur) ta-
men peccatum quodus ratione Dei infinitum
qui quoquis peccato offenditur, & contra cuius
honorem & reverentiam est quodus pecca-
tum, habet quandam mortalem infinitatem, &
ratione malitiae Deum offendens, & ratione
offensa, quæ terminatur ad Deum, & ratione
auctoris à Deo infinito; saltē aliquo ex his
modis. Quod ostendo, & auctoritate, & ra-
tione.

In primis quatuor Sancti ab Ecclesiâ Cano-
nizati hoc docent. Primus qui id docuit (teste
Vasquez to. 1. in 3. p. disp. 2. n. 7. contrarium sen-
tiente,) est S. Anselmus lib. 4. Cur Deus homo,
cap. 21. & hinc probat S. Anselmus, non potuisse
à purâ creaturâ Deo satisfieri pro peccatis,
quia peccata infinitè offendunt Deum, nulla
autem satisfactio puræ creaturæ potest esse in-
finita, ac proinde æquivalens offensa satisfac-
tiæ.

Idem docere S. Bonaventuram eandem ob
causam fatetur ibidem num. 6. Vasquez, & ci-
tat S. Bonaventuram id afferentem in 3. d. 20.
q. 3. in 2. ratione, sed contra.

Idem docet S. Thomas non vno in loco. Nā
3. p. q. 1. art. 2. ad 2. ait Peccatum contra Deum com-
missum, quandam infinitatem habet, ex infinitate Di-
uinae Majestatis: tantid enim offensa est grauior, quan-
tid maior est ille, in quem delinquitur.

Et 1. 2. q. 87. a. 4. in corp. Peccatum, inquit, tu
quantum est auerſio ab incommutabili bono infinito,
est infinitum; & id ex parte auerſionis respondet
peccato pena damni infinita, est enim amissio infiniti
boni, scilicet Dei. Ex parte autem conuersoris inordi-
nata ad commutabile bonum (ex quâ parte peccatum
est finitum, quia ipsum bonum commutabile est fini-
tum) respondet ei pœna sensus infinita, scilicet ratio-
ne durationis æternæ.

Idem ait in 4. d. 15. q. 1. a. 2. ad 1. vti fatetur et-
iam Vasquez tom. 1. in 3. p. disp. 2. c. 2. n. 9. 10.

Et S. P. N. Ignatius rogatus à P. Brandano Lu-
sitano, quomodo Scholastici Societatis peccata
venialia confiteri deberent, respondit ad septi-
mam interrogationem debere etiam de minimis
peccatis hominem purâ conscientiâ gaudentem con-
fundi in præsentia Diuinæ: considerando quid obiectum
contra quod sunt peccata venialia est infinitum, quod
illa aggrauat in infinitum. Hæc S. Pater.

Sed his auctoritatibus 4. Sanctorum magis
me mouit ipsius Dei Patris doctrina, quam re-
uelauit